



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

224 Cur Episcopalis Collationis hic fiat mentio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

224
*Cur Episco-
 palis Colla-
 tionis hic fiat
 mentio.*

prerea Collationis Episcopalis hic fieri mentionem quòd omnium omnino beneficiorum ex causa permutationis resignatorum collatio solius Episcopi sit, quantumlibet alioquin illorum beneficiorum simpliciter & absolutè vacantium collatio pertineret ad alios; cum solius Episcopi sit, & non inferioris, vel approbare vel improbare beneficiorum permutationes, vt ad cap. cum olim. in verb. resignauit & post resignationem, &c. docuimus. Quotamen in potestatis Episcopalis genere non in eleganter quærat hic aliquis, an vel Consuetudine vel præscriptione ius hoc admittendarum permutationum beneficiarum competere possit inferioribus Episcopo collatoribus. Actra- dunt omnes nostri, posse; secuti Glossographum in Clement. 1. de rebus Ecclesiis non alienandis. quod & vsus passim receptus approbavit & ratione nititur non inidonea, quòd nimirum ius hoc totum permutationis beneficiarum merè sit humanum, & quidem non admodum vetus vt liquet ex nostro processu. Ratio rationis reddi posset, quòd inferiores Collatores, plerumque propiùs atque certius nouerint quid & particularibus Ecclesiis & ipsis permutantibus magis expediat, quam semper Episcopus qui particularia queque minutiora non æquè comperta poterit habere. Quod vel de Consuetudine vel præscriptione diximus, notauit & Rebuffus in praxi sua beneficiarum tit. de permut. nu. 20. Quidsi beneficia permutanda sint in Ecclesiis ab ordinario exem-

225
*An inferior
 Episcopo possit
 admittere
 permutationes
 benef.*